

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Paul Schütte Peter Garpius

**Exercitationum Philosophicarum Quarta De Suprema Domina Feudi Philosophici
Prima Philosophia**

Rostochii: Reusnerus, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729599825>

Druck Freier  Zugang



R u phil 1638
Paul Sagittarius
Peter Garpe



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729599825/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729599825/phys_0002)

DFG

EXERCITATIONUM PHILOSOPHICARUM

QUARTA
DE

SUPREMA DOMINA
FEUDI PHILOSO-
PHICI

PRIMA PHILOSOPHIA.

QVAM

DEO TER OPT. MAX.
ANNUENTE.

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ Consensu in in-
clutâ ad Varnum Academiâ

SUB PRÆSIDIO

Viri Excellentissimi & Clarissimi

DN. M. PAULLI SAGITTARI,

Belgard: Pomer: Præceptoris & Fautoris sui
æternum honorandi

Ut ex dissertationibus ejus 13. Proæm: & 126. System: maximam
partem decerptam: Ita jam in ingenij exercitium & veri-
tatis servitium repetitam.

Placido Doctorum Examini

IN AUDITORIO UNICORNIS

Ad diem 25. Aug. Horis à 7. matutinis venti-
landam offert & proponit

PETRUS GARPIUS Itzehoâ Holsatus.

ROSTOCHII

Typis JOHANNIS REUSNERI,
ANNO M DC. XXXVIII.

Præst
veni
me
phi

Clarissimis, Praestantissimis, Doctrina & Virtute Exce-
tissimis, Humanissimis

VIRIS JUVENIBUS

Inclytæ Rhodanthes & Megapoleos Floren-
tissimæ Coronæ,

Studiorum causa, in Rosarum ad Varnum Academia cum lau-
de ad viram gloriam contendentibus, Fautoribus
& Amicis meis pl. honor.

S. & O.

Honor, quem vobis Virtus & Juvenes Doctiss. Fau, & Amic. colend. de-
beo, debuerat à me vobis fatox libens, ut me attinuit, affectiv. vestra
multorum comitas per hoc quinquenniū, deferri & exhiberi jam dudum, hacte-
nus tamē, quod in animo vobis destinavi. calamo enī nondū potui, que est
temporum & morum hujus seculi tam violenti, tam turbulenti malignitas;
dispiciens verò omnia, nō inveni, quo me commendarem vobis melius, quam
quod offero jam chartaceum munus, hoc ipsum verò tale-quale levidense.
Et molā-salā litant, qui far non habent benē nosīs & ex animo mittentis
pondus & precium donatio addetis bene & interpretantes optimè missum. Det
pleniora & judicio meliore juxta verius & utilius explicata alia aliis; Nemo
bonus & fructū uberiorem & gloria ampliores laudem ve invidēbit. Ego nec
de contra disputantium benevolentia dubius, sicut incomplexus cordatorum
dx. & meū ambulavi (πελατός ἦς δοῦ πελατοῦ) cum bono Deo
fucusq; ubiq; gentiū ubi quidem vixi & me videndum alijsexposui, nec nunc
abhorreō ab humanitate & benignitate Aristotelica. Ramea dexteritate, Philippea
perspicuitate, Lullea veritate & bonitate non indigna. Ego bonae spei plenus
certus inter bonos bene agier oportere, certas in theatrum spectandas positio-
nes succinas, in hanc ingeniorum meliorum pæstram produco, eo fine,
ut velut non nemo ē pīscsapientia Tribunis (quod ē Cœlio repetit Sleker.
noster) dicebat olim duo in veritatis via conspiciantur. Intelligentiæ vi-
ribus dum geretur res, argumentorum quasi collatis signis, procul ab af-
fectuum intemperie & petulantis lingue confusa, sine jurgijs, sic plebeis
cīzis σῶμα αρπτάλδε, quis non lætitur utiq; vel ab hoste utilitatem ees
pīsc hanc ut non solus se, sed duos esse intelligat in publica humani discur-
sus via. Agite dum igitur Amici honorandi, probate animum hunc, qui
pluribus se hic explicare nequit, nec verbis pompam vult facere elegantibus,
& estimate vos estimantem. Deus auctoribus vestris & coauctibus omnibus
benedicat ab Alto. Valete Scribb, raptim in Musco. Rostochl. Anno 1638.
Mens. Maij. M. 1638. s. 102

V.

SAGITTARIUS Preses.

EXERCITATIO PRIMO-PHILOSOPH.

QUARTA

THESIS I.

ATq; sic hactenus Artis Philosophicæ naturam attigimus; Entis quoq; tanquam objecti ejusdem catholici definitionem, principia, modosq; vidimus: videamus porro Artis Philosophicæ divisionem.

2. Arsigitur Philosophica Generalis est vel Specialiū. Ense enim est Generale & speciale. Hinc Notio quoq; & ex notionibus actiū intelligendi multiplicato ēx̄is seu anima Perfectio, Philosophicus itemq; Terminus, & Ius ac Facultas animæ perficienda, Generali vel Specialiū.

3. Coincidit cum hac artis Philosophicæ distributione, quoad sensum & rem subiectam, & illa, quæ est in Instrumentalem & Realem; itemq; in Propadian & Padian. Est autem ars Generali ars Philosophica, quæ Philosophicum ens generale generalibus notionibus describit, iisq; generalem animæ humanæ facultatem ad usum generalem perficit.

4. Ens verò Philosophicum generale dicitur, cuius essentia est generalis, generales essendi & prædicandi modos complexa. Modi autem generales sunt, quæ consequuntur Ens in sua generalitate. h. e. ratione generalis essentiæ, à qua profluunt ac emanant.

5. Notio porro generaliū est imago Entis, ex naturali ejus proprietate in generali animæ facultate concepta, conformata & impressa, Entis generalis naturam explicans.

6. Ēx̄is generaliū est facultatis animæ humanæ generalis, generalis perfectio. Terminus generaliū est generalis generalium Entium & notionum nota, quā notantur & vocantur.

7. Ius generaliū est qui generalem generalis artis materiam in subordinatis exemplis & generalem archetypum in generali modo considerandi exhibet. Generalis deniq; facultas animæ perficienda est, quæ generaliter omnibus rebus quocunq; modo tractandis inter homines, apta facta est.

8. Ars verò generaliū est duplex; Rationis & Orationis. Duplex

A 2

plex enim est talis facultas, qua Deus hominem præ ceteris animalibus ornavit & exultit. *Ens item generale*, est rationale vel nominale; notio quoque, perfectio, usus, animæ facultas generalis, rationalis est aut nominalis.

9. *Ens rationale* est, quod est cum ratione, h. e. cuius essentia est rationalis, *Ens enim reale* dicitur, quod est sine ratione seu intellectu. Hoc Ens rationale vendicat sibi Logica, ars artium secundo Philosophicarum καθολικων τιμ: quæ occupatur mea & regi mihi sit, ut nominatum profitetur Arist. c. i. l. 4. Met.

10. Notabis hic obiter, quod vox Ratio capiatur per se vel in aliis. In generale Ratio dicitur Congenitum humanæ menti principium, ac quasi lumen intelligendi quodvis scibile. Hujus ars non est Logica; non enim de omni ente, v. g. de Deo, natura, mundo, numero, sono &c. præcipit: In specie vero Ratio nuncupatur principium intelligendi tantum h. e. cognoscendi solum Ens Logicum; id definiendi, dividendi &c. Hujus Rationis ars est Logica. Hæc enim sola præceptis suis explicat, excolit, & habitum ejus in mente producit.

11. 2. Quod *Ens aliud* sit sine intellectus operatione, *aliud* ab & in intellectus operatione; quam distinctionem Egid. Rom. in comm. c. 6. l. 1. Phys. Arist. ex alio viro docto se habere, scribit. Illud est, cuius fundamentum proximum, ratioq; fundandi non est intellectus actio, sed aliquid aliud, quod extra eum revera datur à parte rei. Et ejusmodi Ens rationis est omnis exiens & relatio rationali Logica, quæ licet non sit & existat ab & in intellectu Logico: non tamen est & existit in rebus sine eo.

12. Hujus itaq; partes duas sunt; una dirigens, mensurans & terminans; altera directa, mensurata, terminata. Dirigens pars est ipsa affectio exentiæ: quæ intellectum Logicum per se respicit, flectit, reflectit, mensurat, terminat; directa vero notio logica; quæ dicitur imago Entis istius logici. Partem utramq; suo sibi jure vindicat, tractatq; Logica Ramea: solam posteriorēm Peripatetica. Utram preferenda?

13. *Ens autem Rationis ab & in intellectu actione* est, cuius ratio fundandi est intellectus operatio. Cujusmodi Ens est notio Logica, actualis dissertatio &c.

14. *Ens vero Nominale* dicitur, quod est cum Nominibus, h.e. cuius essentia nominalis est & symbolica. Estq; purum vel ornatum,

natum, h.e. Grammaticæ proprietatis vel Rhetoricae venustatis.

15. *Purum* est, quod est cum nominibus puris, seu vocabulis emendatis; *Ornatum* vero, quod est cum nominibus ornatis politis ac vestitis. Illud Grammatica pertractat: hoc Rethorica.

16. His porro tribus artibus generalibus ordinatissime subordinatur *Lexicographia*: quæ definiente Alstedio l. 21. *Encycl.* c. 2. est ars tradens modum sciendi vocabulorum significationes. Estq; uxtra eundem; *Generalis*, quæ tractat de fine, subiecto & mediis suis: vel *Specialis*; quæ tradit modum conficiendi Lexica certarum Linguarum & Facultatum. Inde q; vel est *Philologica* vel *Technologica*. cap. 4. loc. cit.

17. *Lexicon* autem est, quod tum Logicæ conjugationis & notationis, tum Grammaticæ proprietatis & adsignificationis, nec non Rhetorica virtutis & ornatus subsidio, tam nativas & proprias, quam artificiosas ac tropicas singularium vocum significations vestigat & docet.

18. Talis igitur est ars Philosophica Generalis: *Specialis* ars Philosophica est, quæ Philosophicum Ens speciale specialibus notionibus describit, iisq; specialem animæ humanae facultatem ad usum specialem perficit & informat.

19. *Ens Philosophicum Speciale* dicitur, cujus essentia est specialis. Ab *Aristotelum* in specie vocatur *Ens Reale*; cuius Essentia realis est, h.e. quod re ipsa in rerum natura persistit ac Entitatem in ea firmam habet sine intellectus opella. *Essentia* vero *realis* est, per quam Ens est reale.

20. *Notio* vero *Specialis*, est specialis ac vera rei percepta effigies speciali animæ facultati impressa, naturam Entis specialis, quam representat & ex cuius proprietate concepta est, explicans. *Perfectio Specialis* est, qua specialis animæ humanae facultas in integrum naturale restituitur. Estq; nihil aliud, quam habitus specialis.

21. *Terminus Specialis* est, quo res specialiter notatur, significatur & vocatur. *Usus Specialis* est, qui specialem specialis artis materiam primam ac remotam in specialibus exemplis & specialem Archetypum in speciali modo considerandi exhibet. *Specialis* deniq; *facultas* animæ perficienda est, quæ certis & speciatim terminatis rebus tractandis apta est,

A 3

22. Enn

22. *Ens autem in specie Reale dividitur in adjunctas differentias divisivas & Formas specificas. Differentiae divisivae sunt modi essendi speciales, qui, disjuncte de Ente Reali enunciantur. Itaque conveniunt Enti in specie Reali, cum opposita disjunctione; distinctasque de eo enunciatas, per se & proprias cum eodem reciprocantur.*

23. *Sunt autem illae partim absoluta, partim respectiva. Differentiae Entis Absolutae sunt, quae in se considerari possunt sine respectu ad aliud. Tipl. 2. Met. c. 1. Sunt itaque ab alio solutae, dum a nullo dependent, nec se mutuo per se respiciunt.*

24. *Hæ vero differentiae divisivæ, cum multæ sint, inter multa vero detur ordo, dividi possunt in classes sequentes: ita ut Ens reale speciale sit.*

25. I. *Per se vel per Accidens. Per se est, quod est unius naturæ & essentiae. Alsted. part. 1. Met. cap. 13. Aristotele dicuntur per se, quæcunque significant certas prædicationis figuræ, h. e. quæ ponuntur in prædicamentis: Juxta Ramum vero per se realia sunt, quæ sunt in artibus rerum Naturæ Morumque descripta specialibus. Per Accidens est res diversarum naturarum. Alsted. d. l. seu, quod ex duobus Entibus completis resultat.*

26. II. *Illimitatum & limitatum. Illimitatum est, quod nulli certæ formæ addictum est: ut materia quælibet realis secundum se considerata. Limitatum, quod restrictum est certa forma; ut quodvis effectum formatum Reale.*

27. III. *Imperfectum vel Perfectum. Imperfectum est extra quod aliquid sumere licet, ad essentiam perfectionem pertinens; ut Embryo, omniaque inchoata, nondum vero absoluta. Seu, cui deest aliquid. Alsted. Perfectum est, extra quod nihil eorum accipi potest, quæ ipsius sunt. Vel, cui nihil deest.*

28. IV. *Incompletum vel completum. Incompletum est, quod ad alterius perfectionem ordinatum est; Alsted. c. 21. part. 1. Met. seu, quod compleat Essentia alterius. Scheiblerus lib. 1. Metaph. c. 12. Completum est, quod ad ulteriorem perfectionem non est ordinatum. Vel, quod habet essentiam totalem per se non completem aliud.*

29. V. *Simplex vel compositum. Simplex est, quod per se unum*

unum est. Seu, quod non est ex partibus compositum. *Alsted. Com-*
positum; quod est unum per alia. Vel, quod ex partibus constat.

30. VI. Unum aut Multum: *Unum est*, in quo nulla da-
tur pluralitas rerum distinctarum. *Multum* verò, quod habet in
se plura, quorum unum non est aliud, sed unum quodq; in se est
indivisum.

31. VII. Infinitum vel Finitum: *Infinitum* est quod à no-
bis mensurā mensurari nequit. Seu quod nullis circumscribitur
terminis. *Alsted. c.30. part. 1. Metab. in Encycl. Finitum*, quod certā men-
surā nostro captui accommodatā finitum est. *Vel*, quod certis
limitibus circumscribitur.

32. VIII. Illocale vel Locale. *Illocale* dicitur, quod loco
in quo sit, consilat & operetur, non indiget. *Vel*, quod nul-
lo terminatur loco. *Locale* est, quod loco in quo sit, & agat vel
patiatur, indiget. Seu, quod loco terminatur & terminari po-
test. *Alsted. Locus* autem est receptaculum locati. *Tipl. c. 5. l. 2. Met.*

33. IX. Necessarium vel contingens. *Necessarium* est, quod
non potest non esse. Seu, quod aliter esse non potest. *Contingens*,
quod potest non esse. Seu quod aliter esse potest.

34. X. Possibile & Impossibile. *Possibile* dicitur, quod
potest esse, scil: sine repugnantia & contradictionis implicatio-
ne. *Impossibile*, contra.

35. XI. Verum & Falsum: *Verum* est, quod cum intel-
lectu congruit. *Falsum* vero quod est supposititum, corruptum,
depravatum, fucatum, larvatum, adulterinum, fictitium. Hinc
Cram. tr. i. Metaph. 5. 3. Alsted. l. 1. Met. c. 7. *Falsum* est disformitas in-
tellectus à rebus ipsis, contra esse rei aliquid enuncians.

36. XII. Bonum vel Malum. *Bonum* est, quod intelle-
ctui pratico convenit, h. e. cum voluntate congruit. *Malum*
autem est boni defectus & privatio, quod natum est haberi. *Jac.*
Mart. Exerc. Met. 17. l. 1. h. 6. *Bono* namq; privative opponitur.

37. XIII. Materiale & Immateriale. *Immateriale* est, quod
expers est materiæ sensibilis & corporeæ. *Materiale*, quod est par-
ticeps materiæ corporeæ.

38. XIV. Universale vel singulare. *Universale* dicitur,
quod aptum est, ut multis insit. *Arist. 7. Met. 13.* *Vel*; quod ad multa
pertinet. *Fons. 5. Met. 28. q. 1. s. 1.* *Singulare* est, quod multis est incom-
municabile, & ab aliis singularibus individuali differentiâ dis-
junctum. Seu, quod unum est numero. *Alsted. l. 5. Encycl. p. 1. 6. 14.*

39. XV. Incomplexum vel Complexum. *Incomplexum est*, quod per se uno simplici; conceptu comprehendendi potest. *Impl. l. i. Met. c. 3. th. 10.* *Complexum* in quo duo Entia simplicia inter se combinantur; adeoq; per se uno simplici; conceptu comprehendendi nequit.

40. XVI. Omne vel Quoddam. *Omne est*, quod universam dicit Entitatem Realem. *Est enim omne* nomen distributivum & universitatis significativum: adeoq; dicit omnem universalitatem cum distributione in singula. *Quoddam est*, quod particularerem dicit Entitatem. *Totum quoddam enim particularitatem designat.*

41. XVII. Speculabile, vel Agibile, vel Factibile. *Speculabile* dicitur, quod Essentiam realem habet magis speculabilem, quam est Entis agibilis & factibilis Essentia. Et hoc referuntur omnia, quae causas habent **DEUM** & Naturam. *Agibile* nunquam eupatur, cuius Essentia magis est agibilis, quam Entis speculabilis aut factibilis. Huc vero pertinent illa, quae nos volentes & eligentes pro causis habent. *Factibile* vocatur, cuius Essentia magis est factibilis, quam Entis speculabilis aut agibilis, vel, quod a nobis efficitur. Ut sunt non solum omnia Mechanica, sed & Medica, Logica; quae finaliter ratione spectant.

42. XVIII. Absolutum vel Non Absolutum. *Absolutum est*, quod non refertur ad aliud, sed sine alio esse potest & intelligi. *Non Absolutum est*, quod refertur ad aliud in essendo & cognoscendo.

43. XIX. Commune vel Proprium. *Commune* dicitur, quod omnibus convenit. *Proprium*, quod unius tantum.

44. XX. Independens & Dependens. *Independens est*, quod est a se ipso. Seu, quod non indiget priori ad suum esse. *Dependens est*, quod est ab alio. Vel; quod respicit ad alterum, tanquam ad prius.

45. XXI. Fluens vel Permanens. *Fluens est*, quod in continuo partium essentialium fluxu & additione consistit. *Impl. l. i. Met. c. 3.* *Permanens est*, quod totam suam Essentiam simul possidet, sine partium essentialium fluxu & additione. Postquam igitur perfectum est, diu stat, durat,
permanet.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729599825/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729599825/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn729599825/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729599825/phys_0012)

DFG

natum, h.e. Grammaticæ proprietatis vel RI

15. Purum est, quod est cum nominibus
lis emendatis; Ornatum vero, quod est cum
politis ac vestitis. Illud Grammatica pertra

16. His porro tribus artibus genera
subordinatur Lexicographia: quæ definiente
et.2. est ars tradens modum sciendi vocabulor
Estq; uicta eundem; Generalis, quæ tractat de fi
diis suis: vel Specialis; quæ tradit modum conf
tarum Linguarum & Facultatum. Inde q;
vel Technologica. cap. 4. loc. cit.


17. Lexicon autem est, quod tum Lo
& notationis, tum Grammaticæ proprietati
nis, nec non Rhetoricæ virtutis & ornatus su
& proprias, quam artificiosas ac tropicas si
gnificationes vestigat & docet.

18. Talis igitur est ars Philosophica Ge
Philosophica est, quæ Philosophicum Ens si
notionibus describit, iisq; specialem animæ hi
ad usum specialem perficit & informat.

19. Ens Philosophicum Speciale dicitur
specialis. Ab Aristotelio in specie vocatur En
sia realis est, h. e. quod re ipsa in rerum natura
tem in ea firmam habet sine intellectus opella
lia est, per quam Ens est reale.

20. Notio vero Specialis, est specialis
ptæ effigies speciali animæ facultati impress
specialis, quam representat & ex cuius pro
est, explicans. Perfectio Specialis est, qua speci
æ facultas in integrum naturale restituitur
quam habitus specialis.

21. Terminus Specialis est, quo res spe
gnificatur & vocatur. Ufus Specialis est, qui s
artis materiam primam ac remotam in speci
speciale Archetypum in speciali modo con
Specialis deniq; Facultas animæ perficienda est,
ciatim terminatis rebus tractandis apta est.



the scale towards document

Patch Reference Chart TE63 Serial No. C 44

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. C 44